



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. XIV. De Indulgentijs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

Adsum pariter omnes apparatus ex serico, auro illustres, omni tempore necessarij pro Episcopis consecrandis.

Adest magnus corporaliū numerus egregie acu pictorum; atque albae vestes linea: nec non pro altaribus linteas, vna cum ingen ti rerum copia ex lino fictarum ad quotidiana num sacrarii vsum.

Duo pallia pro paruis Sacelli aris, cum fascijs ex auro, atque argento intextis, Pauli Quinti cum insignibus.

Duo pallia ex serico, dracos, & aquilas exprimente, auro decorata, Pauli Quinti cum insignibus.

Plura etiam alia ex diuersi coloris serico vngulato, vndique auro circundata, Pauli Quinti cum insignibus.

Binae Cruces aureae in pectore gestandæ, vna zaphiris, altera rubinis pernobilis.

DE INDVLGENTIIS.

Caput X I V.

Pauli V. Pont.
Max Breue.

P A V L V S Papa Quintus. Vniuerso Clero, & Populo Romano salutem, & Apostolicam benedictionem. Ad Apostolica dignitatis fastigium, cum pri-
mum à Domino nullo suffra-
gio meritorum, sed eius inscrutabili consilio fuimus euocati, illud in maximis habuimus, ut per excelsa Virgini Dei Genitrici aduocate no-
stre debiti honoris, & venerationis a nobis extaret insigne, & quam sensimus in humilitatem nostram multiplici patrocinij beneficio clemen-
tissimam, eidem præstaretur de acceptis bonis oblationis obsequium. Cum itaque eiusdem sanctissime Virginis venerandam, maximeque vetustam, ac celebrem imaginem, que in Basili-
ca Sancte Marie Maioris nuncupata huius Almae Urbis religiosissime colitur, decentiori loco collocari posse cerneremus, ac nostra in eandem sacram imaginem precipua deuotione ad eam collocandam incitaremur, diuina fauente clemen-
tia, nouum in eadem Basili-
ca Sacellum in honorem Beatisime Virginis Marie, quanto cum ornatus splendore in Domino possemus, excitare de-
creuimus, & quamprimum fieri potuit inchoauimus: quo autem magis illud honoraremus vna cum Cæli Regina, duos etiam celestes Ci-
ues Sanctorum honoribus a nobis in terris illustratos, in eodem Sacello venerari voluimus. Quā-
obre S. Confessoris Caroli, sancteque Viduae Frä-
cise nominibus Altaria erigi iussimus, eisdemq;
Altaribus vnam eiusdem sancti Caroli costam,

A aliaq; sancte Francisci reliquias deflnauimus. cuius facelli opus, quando Spiritus sancti gratia iam est consummatum, neque aliud restat. quā ut sacra Dei matris imago, ac Sanctorum huiusmodi reliquie eò transferantur, quo translatio hæc cum honore, & fidelium spirituali fructu peragatur, cœlestibus Ecclesiæ theauris ad eandem concelebrandam Christifideles invitandos duximus. Quonobrem de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christifidelibus, qui ciuidem translationis processioni cum Clero, & populo agende interfuerint, sine die, qua illa agetur, aut aliquo ex sequentibus diebus Sacellum, & Altaria prædicta, confessi, ac sacra communione refecti, deuote visitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac sancta Matris Ecclesiæ exaltatione, piis ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, que tamem semel tantum acquiri possit, misericorditer in Domino concedimus, & indulgemus: presentibus diebus octo diebus, dumtaxat valituri. Datum Rome, apud S. Marcum, sub anulo Piscatoris, die 22. Ianuarij. M. DC XIII. Pontificatus Nostri anno octauo.

Locus ✠ Sigilli

Scipio Cobellutius.

P A V L V S PAPA V. Vniuersis Chriftifi-
delibus presentes litteras inspecturis, salutem, &
Apostolicam benedictionem. Ad augendam fide-
lium religionem, & animarum salutem cœ-
lestibus Ecclesiæ theauris, pia charitate intenti.
Omnibus & triusque sexus Christifidelibus vere
penitentibus, & confessi, ac sacra communione
refectis, qui sancti Caroli, in eiusdem sancti Caro-
li, ac sancte Francisci Altaria, sita in Capella
a nobis extructa in Ecclesia sancte Mariae
Maioris de Virbe, in eiusdem sancte Francisci
festis diebus, a primis Vesperis &que ad occa-
sum solis, dierum huiusmodi singulis annis re-
spetive, deuote visitauerint, & ibi pro Chri-
stianorum Principum concordia, heresum extir-
patione, ac sancte Matris Ecclesiæ exaltatione
pias ad Deum preces effuderint, quo die prædicto-
rum id egerint, plenariam omnium peccatorum
suorum indulgentiam, & remissionem misericor-
diter in Domino concedimus, presentibus, perpe-
tuis futuris temporibus valituri. Datum Ro-
me apud S. Marcum, sub anulo Piscatoris, die
vigesimasexta Octobris. M. DC. XII.
Pontificatus Nostri anno octauo.

Locus ✠ Sigilli.


Scipio Cobellutius.

Paulus

DESCRIPT. AC DELIN. LIB. XI. CAP. XV.

229

Pauli V. Pont. **Max. Brevi.** **Paulus Papa V.** *Ad perpetuam rei memoriam. Splendor paterna glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima eius maiestate sperantium tunc precipue benigno fauore prosequitur, cum deuota ipsorum humilitas sanctorum precibus, & meritis adiuuatur. volentes igitur Basilikam sancte Marie Maioris nuncupatam de Urbe, nec non septem Altaria infra scripta aliquo spirituali munere illustrare, de omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus, qui Presepis Domini Nostri Iesu Christi, nec non Beatae Mariae Virginis a nobis extrectum, ac B. Marie de niue nuncupatum sub ciborio, ubi olim eiusdem Beatae Mariae sacra afferuabatur Imago, similiter Beatae Marie assumptae familiae sfortie, sancte Anne seu sacrarum reliquiarum, nec non sanctorum Michaelis Archangeli, ac Petri in vinculis, ac sancte Catharine familie Cesia Altaria devote visitauerint, & pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac sancte matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, qua die id egerint, ut eas omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones ac penitentie relaxations, quas visitando septem Altaria in Basilica S. Petri de Urbe ad id deputata consequentur, consequi possint, & valeat concedimus, & indulgemus in forma Ecclesie consueta, presentibus perpetuis futuris temporibus valitatis. Non obstante regula nostra de non concedendis Indulgencij ad instar, ac constitutonibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumq. Datum Rome apud sanctam Mariam maiorem sub anulo Piscat. die VII. Sept. MDC XIII. Pont. nostri anno nono.*

Locus  sigilli.

Scipio Cobellutius.

Paulus Papa V. *Ad perpetuam rei memoriam. Sanctorum sacras Imagines praesertim sanctissime Dei Genitricis Marie semper Virginis super omnes exaltatae calitum ordines debito indies magis honorari cultu, ac fidelium erga eas antiquam fovere, & augere deuotionem pro nostro pastoralis officij debito procuramus, eosdemque fideles Ecclesie thesauris libenter ad hec munitamus. Sane cum diuina clementia abundantioris gratie dono humilitatem nostram respiciens ad summum Apostolatus gradum nullo nostro merito euexit, gratijs adiungens gratias, dignata est etiam indulgere ut de insignibus, & innumerabilibus in nos eiusdem gloriose Virginis aduocate nostrae beneficijs aliquo licet tenui pro illius meritis oblationis obsequio agnoscendis cogitaremus. cum uero S. Deiparae Virginis celeberrima, & antiqua*

A *Imago Basil. S. Marie maioris nuncupate, quā à S. Luca miraculosè pictam fuisse pie creditur, per rangusto loco eiusq; dignitati longē impari coletur, Nobisq; Dominus in eam peculiarem deuotionem iamadum elargiri dignatus fuisset, eidem sacre Imagini quanto decentiorem nobis ex alto concederetur sedem statuere decreuimus. Quamobrem nouum in eadem Ecclesia facillum erigere diuina fauente gratia absque mora aggressumus eiusque honore augere cupientes una cum Regni Caelorum Regina, duos eiusdem Regni Cives nostri Apostolatus ministerio sanctos declaratos, sanctum videlicet Confessorem Carolum, & sanctam Viduam Franciscam, venerationem in eo habere voluimus, eorumque nominibus duo altaria constitui iussimus.*

DE SACRIS RELIQVIIS

Cap. XV.



N *omine Domini Amen. anno à Nativitate eiusdem MDCLXII. Indictione nona, die vero martis xxix. mensis Martij, Pontificatus S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papae Quinti anno VI. Illustr. & Reuer. D. D. Federicus tituli S. Marie Angelorum S. R. E. Presbyter Cardinalis Borromeus S. Mediolanensis Ecclesie Archicancellarius comitantibus perillustri, & multum R. D. Antilochi Archangelo Iuris utriusque Doctore, Prothonotario Apostolico, & ipsis Illustr. & Reu. Dom. Vicario Generali, nec non Illustr. & multum R. R. DD. Octauiano Abbiato Forrero Archipresbytero, Alexandro Marenta Archidiacono Hieronymo Castano Canonico ordinario, & Antonio Besutio similiter Canonico ordinario Metropolitanae Ecclesie Mediolani, accessit post horam primam noctis ad subterraneum locum, quem scuolum appellant ante imos gradus chorii eiusdem Metropolitanae Ecclesie constructum, in quo religiosè, & honorifice seruatur venerandum corpus sancti Caroli Cardinalis Mediolani, Archiepiscopi in Arca cupressina intus, & extra sericis pannis, & aureis ornamenti ornata, ibique flexis genibus ante sanctum corpus fusi ad Deum precibus exteriorem arcam nuceam duabus Clavibus munitam, tum interiorem etiam cupressinam aperiri mandauit, sublatoq; argenteo reticulo, & vitrea custodia, cum apparuerit sacram corpus, prout erat Pontificalibus indumentis eleganter vestitum, adhuc supra dictorum multum R. R. DD. consilio, ac etiam Excell. D. Ioannis Antonij Montij Medici chirurgi, & Anatomis*

V

mcs